

Sicut forsitan abraham sciuit lazarum in tot doloribus positum a diuitibus in tot diuitibus ipso lazaro in dicente. Secundo potest scire ab angelis qui presentes sunt in omnibus que aguntur in terris. Tertio potest scire aliquid que necessaria sunt eis scire non tantum presentia sed etiam preterita et futura diuino spiritu reuelante.

Sequitur dominica secunda.

Sermo primus.

Homo quidam fecit cenam et vocauit multos. *Luce. xiiii.* Cum homo ad similitudinem dei sit factus: non est incongruum si de nocte huius imaginis nomine ut. sicut dicitur et sicut dicit Gregorius quod dicitur vult indicare suam potestatem a virtute dicitur leo. Quis vero suam misericordiam et pietatem dicitur homo. Per istum ergo hominem deus intelligitur. Per istam vero cenam secundum Gregorium. Satietas eterne beatitudinis vel dulcedinis significatur. Et dicitur cena non praedictum quod prandium est effectio sanctorum in via. cena vero in patria: quod post prandium cena adhuc restat post cenam vero diuini nulli. Post prandium restat labor. Post cenam non restat nisi requies. Circa istam cenam tria notantur. scilicet inuitantis magna liberalitas. Ruch magna fidelitas et vocatorum magna diuersitas. Liberalitas autem inuitantis apparet

in duobus. scilicet in hoc quod cenam magnam preparauit in hoc quod multos vocauit. Cena autem dicitur magna: qui a magna sunt fercula que ibi apponuntur. Et quod magni sunt fructus qui ibi dantur de magnitudine ferculorum dicitur *Psalmus. lxxviii.* Dominus exercituum satiet omnibus populum in monte hoc diuini pinguium. comuiuium medullatorum et diuinium fidei defecate. Et quibus verbis habetur quod omnia que dantur in ista cena sunt pinguium medullata et defecata. In presenti enim vita nostra subiacet multis doloribus et corpus multis passionibus. utrumque multis timoribus. Sed anima que nunc subiacet doloribus tunc implebitur pinguedine et dulcedine et suauitate. *Psalmus. lxxxi.* Inebriabo amas sacerdotum pinguedine consolabor eas et letificabo a dolore suo. Et corpus quod nunc subiacet passionibus tunc gaudebit defecatione et omnium malorum ablatione. Corpus est modo tenebrosissimum grossum ponderosum et mortalitati subiectum. Sed tunc defecabitur et purgabitur et remanebit in corpore vinum purum scilicet claritas. subtilitas. agilitas et immortalitas. et in infernum proicientur feces. Corpora vero damnatorum erunt tenebrosa. et nunquam luce m videbunt. Erunt grossa et spissata in ea foris us agat. Et erunt etiam ponderosa ut nunquam resurgant sed de pena in penam cadant. Erunt mox

Nota
Po.